

Sp. 25.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
PIGNORE PUBLICO;

Quam,

DEO clementer auxiliante,
Indulit

Magnifici & incluti Ordinis ICTOR, in illustrissima
EBERHARDINA,

PRAESIDE

DN. FERDINANDO CHRISTOPH. HARPPRECHTO,
Juriū Doctore atque Antecessore, Sacri Imperialis
Palatii Comite &c.

Præceptore, Promotore, atque Patrono
suo summe devenerando,
PRO LICENTIA

Supremos in Jure Honores, Privilegia atque immu-
nitates legitime capessendi,


Ad Diem Junii, horis consuetis,
In AULA NOVA,
Solenni ERUDITORUM examini
submittit

JOHANNES FRIDERICUS OBRECHT, Stutgardianus,
Ducalis Curiæ Würtemberg. Advocatus.

TUBINGÆ,

Anno per CHRISTI M reparatae Salitis MDCCXIV.
Literis Reisianis.

1600
HISTORICUS
SACRAE
scripturae
et
ANTIQUITATIS
LIBER
I
1600



2(1)50

Cum DEO!

PROLOQUIUM.

Nter plurimas tum Pignoris , tum Hypo-
theca , stricte sic dicta (fungat. B. Dnus
Lauterbach , in tract. synopt. de pigno-
re sive hypotheca , §. I. n. 4. & seqq. Dn.
Fleck. in Bibl. Jur. civ. lib. 3. tit. 17. num. 5. &
seqq.) Divisiones non ultima hac est , qua DDres can-
dem communisime dividunt in privatam & pu-
blicam. Quae nomina cum indies in Curiis perso-
nent & tamen Interpretes , quod summopere ini-
ramur , in tot plenis & integris ad Pandectas
commentariis , imo plane in vastissimis , de materia
Pignorum & Hypothecarum , iisdemque doctissimis ,
suis tractatibus illam publici Pignoris fere princi-
pem speciem , quod in publico Instrumento , vel

A 2

apud

apud Acta Judicij constituitur, aliave hinc inde
recepta Ratione; prout moribus modernis suum peculia
rem cuilibet fere populo, circa talia Pignora, morem
esse advertit Ulricus Huberus, in egregio Com-
mentario ad Pand. tit. qui potior. in P. hab. §.
25. pag. 32. levissimo passim barchio, & extremis
saltim lineis, tetigisse & adumbrasse videamus,
quare, publica commoda in oculis habentes, & tum
in scholis, tum in foro laborantes, pro ingenii mo-
dulc, adjuvare satagentes, utilissimum istud Pignus,
mori mentum & pignus nostrorum in studio legalis
scii tia qualiumcunque profectuum, loco specimenis
inauguralis, in publicum edere opera pretium du-
ximus. Faxit ipse Sanctissimus ex alto Spiritus
federalis in CHRISTO Salutis & Gratiae beatissi-
cum Pignus, quod appellat Apostolus, II. Corinth.
I. vers. 21. & 22. ut omnia ex voto in DEUM
& Proximum devoto succedant.

S. I.

Cum vero privatum & publicum Pignus non uno; sed duplicit
potiori respectu, (illa namque, quod pignus etiam in rebus publicis,
seu ad Principem, aut totam Rempublicam spectantibus, vel ab ipsa Re-
publica, Civitate, vel alia Universitate constituantur, hic non atten-
dimus) nostratis dicantur, inde etiam haec diviso plane alium in ordine
ad Causam Pignoris efficientem, & alium in ordine ad Modum
quo

55

quo constitui adsolet, habet significatum. Respectu Causæ efficientis Pi-
gnus Publicum illud dicimus, quod publica autoritate & potestate est con-
stitutum, Bachovius, de pignor. lib. 1. cap. 3. num. 1. B. Dnus. Lauterbach, in
tract. Synopt. de pignore sive hypoth. §. III. num. 10. ita nempe, ut illius Cau-
sa efficiens sit vel Lex ipsa; L. 1. in verbis: Ab ipsa Lege induci. Cod. comm.
de legat. L. 6. in fin. Cod. de bonis, que liberis. Late Excellemmissimus Dn.
Præs., in scrutinio 20. pignor. spurius. §. 1. & omnib. seqq. ibidemque lau-
dati. Vel Prætor, L. 1. & 2. Cod. de Prætor. pign. aut Judex, L. 15. §. 2. de
re judic. L. 1. cum seqq. Cod. si in causa judic. L. 7. Cod. que res pign. obl. poss.
Julius a Beyma, ad rubr. Cod. de Præt. pign. Mercurialis Merlin. de Pignor. lib.
1. tit. 2. Quæst. II. num. 45. Ludov. Postius, de subhaftat. inspect. II. num.
3. & seq. Joh. Franc. Balthasar. Bavar. resoll. tit. 15. resol. 12. num. 1. Tho-
mas Carlevalius, in tract. de Judic. tit. 3. Disp. I. num. 7. Dn. Lauterbach,
d. §. III. num. 10. 11. & 12. Privatum vero pignus, ratione ejusdem Causæ
illud vocamus, quod privata autoritate & voluntate est constitutum, nimi-
tum vel ultima Testatoris voluntate, vel per conventionem; eamque vel
nudam, vel cum rei hoc ipso nexus devinctæ traditione conjunctam; juxta
ea, quæ similiter specificis textibus illustrat Bachovius, d. lib. 1. cap. 3. pr.
Dn. Lauterbach. d. §. III. num. 15. Postius, d. I. num. 2. Dn. Fleck, in biblio.
Jur. Civ. lib. 3. tit. 17. num. 9. 65. & 69.

S. II.

Verum, habito respectu ad Modum, quo privatum, vel pu-
blicum Pignus constituitur, hic neque Legale, neque Judiciale,
neque Prætorium, neque Testamentarum ullum locum for-
titur; hoc insuper habito, quod Pignus Prætorium, vel Judiciale, a pu-
blicis seu in publico Magistratus officio positis personis constituantur;
quoniam & hoc non atento, quod legalis hypotheca ab ipso Liatore con-
cedatur, eodemque respectu verissime magis publica appellari me-
reatur, quam illa, quæ coram Magistratu constituitur; quod considerat
perillostris Dn. B. de L. Ycker, in Resoll. Jenensib. Resol. 262. ibi: Allerdings
weil aber die Hypotheca tacita (seu) legalis ausser Zweifel nicht privat;
sonderna a Lege, und mehr publica, als diejenige ist / quæ a Magistratu
confirmata reperitur: Sed solum pactitum seu (ut illud vocatur in L. 2. Cod.
de Prætor. pign.) Conventionale, sive tale, quod, respectu Causæ

efficientis, privata quidem Voluntate, seu ipsarum personarum pacientium consensu; verum tamen publica vel Magistratus, vel publici Notarii, & sic deinceps, autoritate, consensu, & interventu accedente constituitur. De quo in seqq. jungat. interea Mevius, p. 5. dec. 156. & part. 7. Dec. 139. & ejusd. part. Dec. 179. B. Dn. D. Bardili, ad prior. Pand. part. exerc. 39. concl. 1. Amadeus Eckolt. ad 2. tit. Qui pot. in P. hab. §. 3. Hahn. ad Wesembet. tit. Qui pot. in P. hab. num. 2. Cujus generis Hypothecam recte publicam appellari, & illam e contra, que in privato solummodo instrumento, vel coram duobus testibus constituitur, & sic porro, privatam, elucescit ex illis, qua tradit Chemnitius, de jure pralat. credit. §. 213. Gail. libr. 2. Observ. 25. num. 9. ibi : *Etsi hypotheca privata tempore prior sit; tamen creditor posterior, habens hypothecam publicam B. Dn. D. Bardili, dicta exerc. 39. concl. 1. Mevius, part. 7. dec. 178. num. 3. & seqq. & part. 8. dec. 138. num. 9. Wesembadius, consil. 49. ibi : Judicialis hypotheca preferitur privata & extra judicialis. & alii passim.*

§. III.

Licet itaque Pignus etiam in Testamento Principi oblatio, vel apud Acta Judicij confecto, Testator suo creditori constitutus; (Videat. L. 26. ff. de pign. act. juncta L. 19. C. de testament. Anton. Gobius, de permitta feudi & emphyt. alienat. §. 8. num. 66. & sequent. ubi de hypotheca, Bonis fidei commisso familiae divinitatis, Testamento, in perpetuum imposita differit.) Tamen, quia neque Princeps, cui illud offertur, neque Judex, apud quem hoc alterum conficitur, de hujusmodi pignore, si testamentum vel in scriptis confectum, vel nuncupativum implicitum sit, regulariter notitiam, ante talis Testatoris mortem, consequitur, sive nec illud approbat nec de eo cognoscit; sed hujusmodi elegia simpliciter recipit; d. 4. 19. Cod. de testam. ipsumque tale pignus liberrime testatoris revocationi, tanquam verum & merum legatum, subjacet: Arnoldus Vinnius, ad §. 3. Inst. de test. ord. n. 7. Dn. Praes, Cons. 18. n. 72. 73. & 127. Dn. Fleck. in bibl. Jur. Civ. l. 3. t. 17. n. 69. & seqq. ubi vide omnino. Eapropter tale Pignus, iure publici pignoris, praesertim in ordine ad praelationem, qua publicum pignus gaudet, estimare non possumus; licet non ignoremus, quod talia testamenta, saltim Actis Judicij insinuata, pro confestim publicatis, & publicis Instrumentis communiter habentur.

beantur. Videat. Johannes Dauthius, de testam. num. 454. in notis margin. mal. lit. Z. p. 329. Dn. Praes, in Consilior. vol. novo, cons. 44. n. 185.

S. IV.

De hoc ipso vero pignore, de quo hic querimus, rectissime B.
Dn. Samuel Strykius ita dicit, quod illud etiam Judiciale appellari me-
reatur; loco mox alleg. eine Gerichtliche Hypothec; Dn. Baro de Lyncker,
Dec. 1477. Joh. Philippi, ad Decet. Saxon. noviss. Dec. 60. Obs. 1. num.
5. Dn. Lüder. Mencke, adt. Qui potior. in pign. hab. Mundus a Rodach
vol. 2. cons. 4. num. 27. Bechmannus, in comment. theor. pract. tit. de
pignor. & hypoth. Obs. 1. ibi: Qui habet generalem H. Judiciale
priorem &c. & Obs. 16. verbis: Prefertur creditoribus extrajudicia-
lem anteriorem, seu privata in habentibus. Colerus, de proceſſ. execut.
part. I. cap. 10. num. 200. verbis: Facta illud vulgatum: Hypothecam
judiciale preferri extrajudiciali. Prout etiam ipsa illius constitutio eine
Gerichtliche Verpfändung appellatur a Dn. Bar. de Lyncker dec. 166.
p. 491, in fine. Schiltero, in praxi for. exerc. 33. §. 7. sive hypothecatio
judicialis, a Besoldo, in del. ex l. n. 20. Q. 7. ipsumq; tale pignus ein offen-
bahres Unterpfands; Lüneb. Stadtrecht p. 2. tit. 17. ibi: Solle die Kraft
und Wirkung eines offensichren Unterpfands haben. Non in eo
quidem sensu, quo Magistratus, vel ante sententiam definitivam, ob con-
sumacionem, vel aliam causam; vel post rem judicatam, judicati servandi
& exequendi causa, per missionem in possessionem, vel pignorum captio-
nem, pignus constituit: L. 26. princ. de pign. act. L. 10. ff. L. 2. Cod.
qui pot. in P. hab. Dn. D. Lauterbach, d. §. III. num. II. & seqq. & §.
VI. num. 29. sed hoc solo respectu, quod Judicialiter confirmetur,
seu plerumque in judicio constitutatur; licet vera sit species pignoris
conventionalis. Dn. Stryck, in annotam. ad Comp. Schützio. Lauter-
bachian. tit. de pignor. & hypoth. ad verb. Judiciale. Ex quo etiam
haec nomina, judiciale, & publicum pignus, pro synonymis accipit idem
Strykius, in suo tract. de cautel. contract. cap. 4. §. 2. ibi: Certum enim est,
hypothecam judiciale, seu publicam in concursu creditorum preferri. Ad-
dat. omnino Antonius a Mara, de concursu creditorum, lib. 2. tit. 8. Brun-
nem. de proc. concurs. creditor. cap. 5. §. 43. Idem, cons. 79. num. I.
ibi: Cum instrumenta publica, seu judicialia pignus publicum effi-
ciant,

ciant. Ex quo etiam e diverso hypothecam privatam extrajudicialem hypothecam appellat laudatus Dn. B. de Lyncker. &c. Licet aliter alii his nominibus utantur; quos inter B. Dn. Titius, in *Jure privato Röm. German.* lib. 3. cap. 16. §. 20. & Dn. Thomasius, in *not. ad singulitatem tit. de pignor. & hyp.* §. Ulti autem in *Jure Romano*, pag. 214.

§. V.

Ut vero confessim, & priusquam ulterius progrediamur, nobilissimam differentiam inter istos præmissos duos significatus publici Pignoris hic prælibemus, maximopere advertendum, quod, si excitato creditorum concursu, de jure queratur Prælationis, illi quidem Creditores, quibus pignus a suis debitoribus, vel coram Magistratu pro tribunali sedente, seu in Loco, vel apud Acta Judicij, mit Consensu und Gutheissen der Obrigkeit secundum cujusvis Provinciæ, vel Loci Statuta, vel Consuetudines; aut in publico & solenni Instrumento Notarii; vel coram Principi, vel super Feudis in Curia feudal, vel jux. mores nonnullorum Locorum coram Officialibus, aut Consulibus Civitatis constitutum probatur, omnibus aliis creditoribus, duntaxat privatis, licet longo, imo plane longissimo tempore anterioribus præferantur: L. 11. Cod. Qui pot. in P. hab. & arg. Auth. Si quis. Cod. cod. L. 10. ff. de probat. L. 6. Cod. de re judic. L. 30. & 31. Cod. de donat. Brunnemann, de processu concursu credit. cap. 5. §. 43. Dn. Stryk, de cautel. contr. dicto cap. 4. §. 2. Dn. Lauterbach, in Coll. 2. tit. Qui potior. in pign. hab. §. 3. Carpzov. J. F. part. 2. const. 23. D. 9. Mevius, part. 7. dec. 159. n. 1. ubi dicit, hoc esse Privilegium talis publicæ hypothecæ, & part. 5. dec. 157. num. 1. Si tamen e contra Legalis hypotheca, seu tacitum pignus, cum hypotheca conventionali, sine ullo Magistratus, vel Notarii interventu, privato duntaxat pacto, vel instrumento constituta concurrat, tunc, si quidem Legalis tempore anterior seu antiquior sit, nihil dubii sopperit, (licet non solum Pragmatellos, quos Anton. Faber vocat, decad. 6. Err. 1. sed & alios magni nominis Dres in hoc offendisse observaverit Bachovius, de pignor. lib. 4. cap. 7. num. 1. Richter. de privil. cred. cap. 4. S. 1. num. 10.) quin illa huic tempore posteriori private hypothecæ præferri debeat; cum & haec eius Regula, Tempore qui prior est, is quoque jure prior, ceu nullib[us] prior, quam in pignorum materia, observante Wesembecio, ad tit. qui p. in P. hab.

babeant, num. 2. potentissime militet; per L. 2. Cod. qui P. in P. hab. & æquissimas rationes, quas ex L. 25. Cod. de Fact. L. 15. Cod. de pign. & sic porro adducit Joh. Harpprechtus, ad §. 4. num. 242. Inst. quibus mere contr. oblig. Mülerus, ad Struv. exerc. ad π. 26. θ. 27. Sed si e diverso Hypotheca Privata, vel unico momento, hypotheca legali anterior sit, iungat. B. Dn. Lauterbach, ad Ius Statut. Hamburg. th. 33. Vincent, de Franchis, Dec. 649. num. 3. & 48. Joh. Voëtius, ad tit. π. qui pot. in P. hab. §. 29. Tuldens, ad Cod. cod. tit. num. 2. Stravius, exerc. ad π. 26. θ. 47. Mevius, part. 8. dec. 138. num. 8. ibi: Et se vel uno momento. & ad Ius Lubec. part. 3. tit. 1. art. 12. num. 56. tunc simili-
 ter juris est plusquam evidentissimi, quod ista privata; sed priori hypotheca
 munitus creditor illis omnibus, qui a lege, consuetudine vel statuto consti-
 tutas hypothecas; verum recentiores, sive tempore posteriores habent,
 modis omnibus præferendus sit; per L. 6. §. ult. C. de bonis, qualib. L. 15. ff. qui
 P. in P. hab. arg. L. ult. §. 1. in fin. Cod. cod. Pridem enim exploratum est,
 quod & pignus legale omnes illos effectus & qualiter pariat. quo\$ parit ex-
 pressum; sed haudquaquam majores; sic ut inde rectissime B. noster Lau-
 terbachius pronunciet, quod etiam ratione prælationis inter expres-
 sām & tacitam hypothecam nulla sit differentia; hincque tacita. NB.
 anterior præferatur quidem posteriori expressæ; per L. 8. ff. qui potior.
 in P. hab. L. 28. de jure fisci. Cum non minus potenter in legali hypotheca
 Lex operetur, quam Conveatio in expressa: in tract. synopt. de legali fiscu-
 lat. hypoth. §. 15. num. 108. Appendix Decision. post Resp. JCtor. Holland. parte
 3. Vol. 1. pag. 22. fere in fin. Voët. d. t. §. 28. Ansaldus de Ansaldis, de com-
 merc. & mercat. Disc. 12. num. 21. Sed quod etiam e contra expressa an-
 terior præferatur legali posteriori (modo illa sit simplex & non privile-
 giana, sive cum singulari prælationis privilegio coniuncta; jungatur Voë-
 tius, ad d. tit. §. 28. verbis infra relatis) exertiissimi probant textos in L. 8.
 ubi ita in puncto de legali hypotheca, que Fisco in bonis debitis suis com-
 petit; L. 28. de jure fisci. L. 2. Cod. in quib. C. P. 1. ac. tontr. ibidemque Brun-
 nem. & Julius a Beyma. Dn. Lauterbach, de legali hypoth. §. III. n. 8.
 quando cum anteriori expressa concurrit, Consultus responderet: Si pignus
 specialiter Respublica acceperit, dicendum est, præferri eam Fisco debere,
 quia & Privati præferuntur. ff. qui pot. in P. hab. Et in L. fin. princ. eod.
 ubi valde notabilis contingua deciditur, talis nempe, ut ille, qui ex causa

tuteis male administrata debitor factus, Sejæ, quondam pupillæ, pro Reli-
duo hypothecam, priori loco; dein etiam Fisco, pro securitate ab illo sibi mu-
tuo datæ pecuniaæ, hypothecam constituerit, eandemque utriusque universa-
lem; postea, debiti parte illi Sejæ soluta, reliquam partem, facta Novatione,
ei se consimiliter solutum promiserit, repetita denuo jam antea eidem con-
stituta Hypotheca; ubi Scævola signatissime, hoc iofuper habito, quod Fisco
non saltem posterior expressa; verum etiam Legalis hypotheca competat;
tamen Sejam in bonis, etiam post contractum, ab illo tutore, cum fisco ce-
lebratum acquisitus, procul dubio præ ferri debere pronunciat. Conferat o-
mnino de hac L. fin. quæ cruce in omnibus DD. fixit, Merlinus, de pignor. lib.
3. tit. 3. Q. 87. n. 4. & 10. Merenda, controv. lib. 6. cap. 37. & 38. Antonius
Faber, conjectur. lib. 2. cap. 10. Struv. exerc. ad 26. 8. 30. & in resol. LL. in
ipsa hac b. post Jul. a Beyma D. Lauterb. de legali H. S. III. n. 8. in fin. Addat. L.
2. C. de privil. fisci, quam & ipsam, ceu non de legali, illo tempore, nimurum
jam Ao. post natum Christum 214. ut & tempore conditæ L. 9. Cod. de jure
dot. quæ huc pariter pertinet; juncta L. 12. C. qui p. in P. hab. subscript. ibi: Po^g
consulatum Lampadii & Orestis, VV. CC. 53. Adeat. Wissembach, ad prior. n.
part. Disp. 40. §. 20. ibi. An quia non præferebatur actioni publica Antiquior?)
nondum cognita; sed de expressa, pro dotis securitate specialiter convenia;
Hypotheca loquentem, huc recdissime porrigit Georgius Franzkius, ad tit.
x. qui pot. in P. hab. num. 30. Et omnino si pignus anterior expressum, se
conventionalis, etiam Judiciali & Prætorio pignori, tempore posteriori
præfertur; quod pariter specificis disponit Lex. 3. Cod. ut in poss. legat. L. 2.
L. 4. Cod. qui pot. in P. hab. Struv. d. exerc. 26. 8. 28. Quidni etiam legali seu
tacito pignori, licet unica hora vel unius momenti intervallo juniori seu
posteriori? Ut nihil de eo, quod non unus ex primi subsellii D. db. legalem hy-
pothecam usque adeo exigua efficacia reputet, ut pignus expressum legali
semper præferendum contendant; jx. ea, quæ tradit Matth. Colerus, part.
1. Dec. 137. num. 1. & noster celeberr. Antecessor Sichardus, ad rubr. Cod. in
quib. cau. P. sat. centr. n. 2. id quod tamen justissime prosternit & reprobat
D. Praes in vol. novo, conf. 69. num. 91. & seq. dictis adjiciamus. Jungat o-
mnino Richter, de Jure & privileg. credit. cap. 5. fest. 1. num. 10. & seq.
Carpzov. part. 1. C. 28. D. 110. n. 3. ubi etiam Generalem expressam
hypothecam legali speciali; sed posteriori, præferendam recte ad-
struit.

Truit, ibi : Ergo si invicem concurrent, praeferendus erit reliquis, qui primo
 ius reale fuerit consecutus, sive per hypothecam tacitam, aut expressam.
 Struv. exerc. ad n. 26. §. 28. Joh. Voetius, add. t. qui pot. in P. hab. §. 28.
 verbis : Nihil autem interest, quantum ad hanc Regulam, qua prior tempo-
 re potior jure est, utrum expressa sit hypotheca, ant tacita. Nam & tacitam,
 seu Legalem anteriorem praeferri posteriori, patet ex L. 6. §. ult. Cod.
 de bonis, q. lib. L. 15. ff. qui pot. in P. hab. & arg. L. ult. §. 1. in fin. Cod.
 eod. & tacitam seu legalem, non privilegiatam, posteriorem, cedere
 conventionali speciali antiquiori : Uti vice versa, conventionalis
 posterior antiquiori legali. Dominus Praeses, Resp 92. num. 101. & tota
 Ampliss. hujus incliti Lycei Facultas Juridica, apud eundem, in vol. novo,
 consil. 69. num. 92. ubi dicit, hanc sententiam plus quam indubitatis Juris
 textibus nisi. Addat. Idem, in diff. J. C. & Marchico-Badens, pag. 57. §. 71.
 Anton. Matthaeus, in tract. de auction. lib. I. cap. 19. n. 62. ibi : Si pignus
 conventum concurrentem tacito, junctis ibi praecedentib. Paul. Christianus,
 Decc. Belgic. vol. 4. dec. 18. num. 3. ibi : Dicta Regula locum habet, sive ex-
 pressa hypotheca sit, sive tacita &c. Carpz. J. F. part. I. C. 28. D. 103. & J.
 Conf. lib. 2. D. 321. n. 8. B. Dn. Lauterbach, in coll. n. tit. Qui pot. in P. ha-
 beant. §. 18. Idem & Dh. D. Kurrer, in Dissert. de tacito pign. §. 48. ubi,
 quoad effectum Prælationis, ratione Temporis, distinctionem expressa &
 tacitæ H. purum putum Doctorum fragmentum, appellat, nulla Lege,
 vel diversitatis ratione subnixum. Dn. Stryk, in II. M. tit. qui pot. in P. hab.
 §. 2. Eckolt, ad tit. de reb. autor. jud. possid. §. 7. Franzk. ad t. Qui P. in P.
 hab. n. 30. Myrsing, cent. 1. Obs. 59. Ampliss. Facultas Jurid. Jenensis, ap.
 Richterum, vol. 2. consil. 5. num. 11. ubi dicit, dass unter denjenigen Cre-
 ditorti/ qui Jus reale, ex hypoth. tam tacita, quam expressa, in bonis debi-
 toris erlanget / keine andere Ordnung/ als der Zeit halber zu attendirent.
 Laurentius Kirchovius, tomo 4. consil. 4. num. 2. ibi : Hicordo regulariter
 servandus est, quod habens hypothecam expressam priorem prefertur
 habent tacitam posteriorem ; per L. ult. ff. Qui potior. in P. hab. Que
 Jura sunt in hac specie clara & aperta. Quia autem LLb. definita sunt,
 mutare non licet. Bachov. de pignor. lib. 4. cap. 7. num. 1. ubi plures propor-
 ro Rationes accumulat. Hartm. Hartmanni, pract. forens. lib. 2. tit. 27.
 Obs. 8. num. 1. ubi optime dicit, quod sicuti expressam habens hypothe-
 cam

cam anteriorem præfertur omnibus posterioribus creditoribus , expressam vel tacitam habentibus , sic etiam habens tacitam anteriorem , regulariter præferatur posterioribus , similiter tacitam vel expressam habentibus . Id quod tanto majori cum sollicitudine ideo prænotandum erat , quod legalem H. ceua Principe , vel alio Llatore , ex nomothetica autoritate & potestate constitutam , etiam in ordine ad Jus prælationis inde statumandum , complures alioquin magnæ erationis Jureconsulti pro publica reputent ; prout Du. Præses se in pluribus Responsis & aliis scriptis , pariterque in forensibus deliberationibus advertisse , me docuit .

S. VI.

Supposito vero hoc , quod etiam privata creditoris & debitoris conventione constituta H. tempore anterior , legali , tempore posterior , præferri debeat , multo utique securius hoc adstruere liebit , quod legalis H. multo magis hypothecæ anteriore , publica Magistratus autoritate constitutæ , postponi debeat ; imo non solum hoc in casu , si , (ut proxime de privata H. adstruximus) talis publica H. sit legali anterior ; verum etiam , si illa , videlicet publica , sit tempore posterior . Non quidem nos latet , quod diversum a multis magni nominis DDbus hinc inde tradatur ; quos inter haud ultimus Johannes a Sande , Deco. Fris. lib. 3. tit. 12. D. 16. verbis : Excipiuntur ab hoc placito expressam hypothecæ , tacite ex Lege introductæ : In iis enim servatur adhuc Jus Commune ; ut scilicet , si sint tempore priores , præferantur instrumentis registratis posterioribus . Franciscus Zypæus , in notitia Juris Belg. lib. 3. tit. de rei vindicat. pag. 113. vers. Rursus . Paulus Chrissianus , Deco. Belg. vol. 1. Dec. 339. n. 3. Abrahamus a Wesel , in Comment. ad Novell. Ultrajectinas , artic. 22. num. 21. ubi pariter dicit , quod legalis H. qualem habet (non solum fiscus ; verum etiam) Pupillus , legatarius , & similes , in bonis (debitoris tutoris , & defuncti , si tempore prior sit , præferatur posteriori , ut in Acta publica relatæ : Tamen , Juris veritate præ oculis habita , longe rectius contrarium propugnat egregius Batavorum Consultus Ulricus Huberus , quando ita signanter : Pertinent , inquit , ad hunc ordinem omnes Hypothecarii , tam expressam , quam tacitam H. habentes : Nec enim usquam his , et si Lege subnixis , Jus ante alias existit .

exigendi datur; nec Ratio plus eis tribuit; quia Lex, hypothecam
 statuendo, nihil aliud, quam NB. Conventionis defectum, sup-
 plet; argum. L. s. f. in quib. caus. P. tac. contr. In Foris tamen nostris
 saepe fit, ut non modo Vulgi opinione; sed etiam in Actis publicis, at-
 que Edictis, Hypotheca tacitae existimetur vocenturque NB. privi-
 legiatæ propter speciem quandam Rationis, NB. Jure præstringen-
 tem: Nam Hypotheca vulgares, Actis publicis insinuatæ, sicut apud
 Nos, vel, ut alibi, publica forma constitutæ, sigillove munitæ, aut a Seabi-
 nis probatæ, etsi testipore posteriores, occupant locum priorem; cui
 incommodo cum legales hypothecæ non sint subjectæ; sed hæ sunt
 locum, sine publica forma, vel insinuacione in Acta, retineant, hæc res.
 Privilegii speciem, quod non nisi Temporis Ordini accepto fe-
 rendum est, tacitis hypothecis circumdat: Ita bene Huberus, ad
 tit. π. qui potior. in pign. habeant. §. 18. Quibus gemina tradit Lau-
 rent, Kirchov. vol. 4. cons. 4. n. 12. ubi ita cordate: Quid si, inquit,
 numero plures sint ejusmodi Creditores, conditione tamen pares, scilicet,
 ut nullus NB. plus privilegii, quam alter, habeat? Hoc casu
 vulgata Regula tenenda est. Qui prior est tempore, potior est jure. Et sic, qui
 primus Obligationem accepit, in solutione quoque cæteris præferatur. Hi en-
 tim Emptores censum (de quibus ibi querit) ex bonis omnibus defuncti,
 generaliter patentes probationes & literas consecuti, habent expressas
 H. in bonis ejus, & NB. idcirco præferendi sunt omnibus non
 habentibus tales hypothecas; etiamsi tacitas habeant, saltim po-
 steriores; in qua sententia omnes DDres consentiunt. Imo non
 fuerit absurdum, dicere, quod habentes hypothecas posteriores, præ-
 ferantur his, qui habent tacitas priores, propter expressam litera-
 rum obligationem; ut probatur in L. Scripturas. II. §. Si autem. C.
 Quip, in P. hab. cum Auth. seq. & declarante etiam, ubi vult, Im-
 peratore, quod qui publicis Instrumentis nititur, sit præponen-
 dus habent hypothecam, etiam priorem. Et hoc est ex mente
 Dyni, qui, tametsi in Regula, qui prior est tempore &c. æquiparat ex-
 pressas & tacitas hypothecas; insinuat tamen, præferendum eum, qui
 de expressi H. Instrumentum haber publicum, vel illius Loci
 alias consuetas literas emptionis & venditionis &c. Abrah.

Wesel, in comment. ad Novell. Ultraject. art. 22, num. 17. ibi : Creditores publicas H. habentes præferuntur, et si tempore sint posteriores. Ex quo etiam B. Dn. Samuel Strykius illas solas hypothecas legales seu tacitas, quæ, NB. ex speciali Legis provisione, jure prælationis gaudent, judicialibus præferendas pronunciat; & deinceps quoque illam, quæ in L. 12. Cod. qui pot. in P. hab. & in Nov. 97. cap. 2. Uxori, pro dote repetenda, conceditur, cum ceu singulari prælationis privilegio conjunctam H. tali judiciali, quæ publica Magistratus autoritate constituitur, præferri debet, die 14. Maii, Anno 1669. judicatum recenset, in addition. ad B. Brunnem. tract. de proc. concurs. credit. cap. 5. § 43. ad verba : *Hypotheca privata.* (Id quod tamen modernam Iurisprudentiam, ut videlicet Pignus Dotis etiam expresso pignori anteriori anteferatur, quam plurimis in locis non amplius frequentari elucescit ex traditis B. Dn. Lauterbachii, in tract. synopt. de legali hypoth. §. 4. num. 14. Joh. Harpprechti, ad §. 29. num. 7. cum seqq. Inst. de action. Coll. Jur. Argentorat. ad tit. π. qui potior. in P. hab. θ. 6. ibidemque Taboris, & plurim aliorum.) Idemque, quod scilicet legalis H. tum demum, si illa singulari prælationis privilegio munita sit, priori expressæ præferri debeat, vicini Badensis Marchionatus Jus Provinciale, in parte 4. tit. 21. §. zum neunten/juncto §. So dann zum andern, eod tit. ibi: Es stände dann Sach W. expresse disponit: De quo Dn. Præses, in differ. Jur. comm. & Marchico-Badensis, pag. 57. 71. Addat. Reformat. Civitat. Francofurt. part. 1. tit. 49. §. zum achten. & § seq. ubi pariter dicitur, daß die Creditores, so Einsätze in das Burgermeister-Buch/ ja auch alle diejenige/ welche sonstens aufftrücklich eingesezte Pfand haben/ denē schweigenden Pfanden/ sive tacitis hypothecis vorgehen sollen. pag. 94. Addat. ibid. Tit. 20. §. 3. ubi denuo dicitur, daß allive die aufftrückliche den stillschweigenden Pfändungen sollen vorgezogen werden; exceptis nonnullis ibidem notatis. Imo quod Hodienum, nonnullis in locis, coram Senatu constituta Hypotheca non saltim eandem cum legalibus hypothecis efficaciam; verum etiam ampliorem habeant prærogativam, hanc nempe, ut etiam omnibus privilegiatis creditoribus præferantur, ex Statutis Hamburgensibus advertit Mevius, ad Jus Lub. part. 3. tit. 1. art. 12. num. 64. Adde Dn. Lauterbachium, ad Jus Statutar. Hamburgense, th. 53. & ea, quæ tradunt Dani Jcti Altdorfini, in consil. Rittershus. 59. n. 2. ibi: Omnes ha-

habentes publicam H. preferuntur habentibus anteriorem. Zosius, ad tit.
qui P. in P. hab. n. 5.

S. VII.

Describimus Pignus publicum, quod nihil sit aliud, quam tale pignus,
quod privata Creditoris & Debitoris conventione, & publica defu-
per implorati Magistratus, vel illius, cui Princeps hujus rei potestatem de-
dit, autoritate, in qualibet provincia vel civitate recepto modo, alicui con-
stituitur. Cujus definitionis explicacione partim antecedentia, partim vero
sequentia nobis subministrabunt. S. VIII.

Divisionem hujus publici pignoris, vel simavis illius saltim distincio-
nem Imperator nobis exhibet in L. 11. Cod. qui pot. in P. hab. quod nimi-
rum tale pignus sit vel Vere publicum, vel quasi publicum. ibi: *Eum,*
qui instrumentis publice confessis nititur. & in verbis: Tunc enim
quasi publice confessa accipiuntur. B. Dn. Bardili, d. exerc. 39. concl. 2.
Licet etiam quasi publicum simpliciter publicum appellet Mevius, part. 7.
Dec. 233. ibi: *Legibus provisum, ut Hypotheca coram tribus testibus consti-*
tuta publica sit. De hac vero, nempe quasi publica, hypotheca praesens
hac Dissertat. non erit sollicita, sed illam alii occasione Dn. Praeses destina-
vit. Quodsi etiam ex eo, quod hodie, ex plurium ditionum, Locorum,
ac provinciarum singularibus Statutis, Rerum maxime immobilium
oppignorationem, publica Magistratus autoritate, & in ipso Judicio,
praeceps fieri, & ad Acta illius referri oporteat, ut de Austria, Sa-
xonia, itemque Hollandia, vi in nobis Marchionatu Badeensi, Comi-
tatu Solmensi, Francofurto, Colonia, & sic deinceps, testantur Gail.
2. Obs. 25. num. 10. Rauchbahr. lib. 1. Q. 6. num. 14. Carpz. part. 2.
C. 23. D. 1. ibidemque in notis Goswinus ab Esbach. Dn. Praeses, in differ.
Jur. Comm. & Marchio. Badens. pag. 37. th. 46. Et quod e contra
in hoc inclyto Ducatu, jure quidem antiquiori de Anno 1591. part. 2.
tit. von Pfandungen. 7. pag. 230. idem fuerit sanctum; in recentiori ve-
ro, approbata Communis Juris dispositione, etiam rerum immobilium
oppignoratio vel in Judicio, vel privatim coram testibus, aut privato Istru-
mento fieri posse contenditur, per Jus Proy. Würtemb. part. 2. tit 7. §. 1.
Wann ein ligend Guth. ibi: *Oder sonst vermög gemeiner beschrie-
bener Rechten;* ubi jungensis Besoldum, b. 23. Dn. Lauterbach, in
tract. synopt. de pign. g. VI. num. 36. & Dn. Pruisdem, dicta th. 46.
hoc

hoc publicum pignus etiam in Necessarium & Voluntarium distingueret cui lobeat, nos non habebit dissentientes. Sed & alio respectu hoc pignus potest esse necessarium, si videlicet debitor publicum suo creditori pignus promiserit; illud vero deinceps praestare recusans, invitus ad hoc a Judice compellatur; De quo Mevius, part. 8. Dec. 128. B. Da. Bardili, exere. ad prior. π. pars. 39. concl. 5. & nos inferius. §. -

§. IX.

Causa efficiens Remota hujus publici pignoris est Jus Romanum; (Cui etiam pleraque ad Hypothecarum materiam spectantia animosse adscribit Hieronymus Rocca, select. Jur. Disp. cap. 72. num. 20. & segg. Licit indolem pignorum & varietatem, procul dubio, sine Juris Romani adminiculo, intelligi posse, effatum sit Titii, in obser. ad compend. Schijzio-Lauterbach, Obs. 654. tit. de pign. & hypoth. pag. 434.) modernis Locorum Moribus comprobatum, & varie informatum. David Mevius, part. 7. Dec. 139. ibi: Juri Communi, ut & Moribus Locorum convenient, publicam hypothecam praeservari priuata; & part. 8. D. 125. num. 1. verbis: Et si enim Lege Moribus que receptum. per illustris Dn. L. Baro de Lyncker, dec. 1477. ibi: Die weit aber an diesem Ort das Jus Commune angesehen werden muss. Id quod tamen non eatenus intellectum volumus, quasi, Jure Romano, Creditores & Debtores, etiam in rebus immobilibus seu soli pignus constituturi, hoc, publica Magistratus autoritate, praece se facere necessum haberent; sed quod tamen Creditores, iure praelationis in concurso fru-
ituri, eandem omnino, ex praescripto saped. Legis 11. Cod. Qui P. in. P. hab. observare teneantur. Abraham, a Wesel, ad Novell. Ultrajectin. Ar-
tic. 22. num. 12. ibi: Etenim (Contra quam Quiritium Iure constitutum
est in L. 11. C. Quipot. in P. hab. L. 12. ff. cod. iii. L. 1. ff. de pign. & hypoth.)
Moribus nostris rei immobilis hypotheca non contrahitur, nisi Adiis pu-
blicis loci rei sita, vel Curiae feudali ea pactio insinuata fuerit, privatum
constituta inefficax est, Grotius, lib. 2. Iagob. part. 42. num. 10. Grotius
wegen, de Lib. abrogat. ad §. 7. Inst. de action. Cornelius Neostadius,
Decis. supr. Curia. 41. in princip. Anton Matthaeus, in tr. de auctionib.
lib. 1. cap. 19. num. 70. lit. A. Lambert. Goris, in advers. Jur. tract. 3.
part. 2. cap. 5. num. 10. & tract. 4. §. 18.

§. X.

§. X.

Causa Efficiens proxima est utriusque , Debitoris , a quo , & Creditoris , cui jus pignoris constituitur , Conventio , publica auctoritate Magistratus , vel illius , cui Princeps hujus rei facultatem , concessit constabilita . Jungat Schilterus , in *praxi for. exerc. ad n. 33. §. 7. in fin.* ibi : *Judicialis* , qua , præter consensum contrahentium , etiam Judicis Approbatio ac Confirmatio accedat . Dn. Lauterbach , de volunt. jurisdict. b. 41. verbis : *Magistratus hypothecam illam approbando* , & in illam consentiendo , volentibus juri dicit ; necnulla hic intercedit consentio ; sed ipsi de jure in re constituendo consentiunt , & Judicis consensum requirunt ; quietiam , secundum illorum voluntatem , hypothecam illam suo consensu , si nullum adeat impedimentum , confirmat . Abrahamus a Wesel , in *commentar. ad Novell. Ultrajectin. artic. 22. num. 17. verbis* : *Qui ex conventione debitoris* , & num. 20. ibi : *Absque Juris provincialis solennitate* . Ex quo etiam vocatur , nempe a posteriori facta denominatione , coram judge data , vel coram Notario & Testibus facta , Andr. Gailius , lib. 2. obs. 25. n. 9. verbis : *Tamen creditor posterior , habens hypothecam publicam* , h. e. in Judicio , coram Judge datam , vel coram Notario & Testibus factam , de qua ex Artis , vel Instrumento publico constat , privato hypothecario prefertur . Dn. Pres s. Rel. p. 92. num. 101. seu apud Acta publica contracta . Mevius , p. 7. Dec. 222. ibi : *Contracta apud acta publica hypotheca publica est* . Ab aliis registrata , seu insinuata , & in Acta publica relata . Joh. Jacob. Wissensbach . *Diss. ad prior. n. part. 40. §. 9. Joh. a Sande, Dece. Fris. lib. 3. tit. 12. §. 16. verf. Excipiuntur.*

§. XI.

Primo itaque ad eandem inducendam requiritur Debitoris vel illius , qui pro debitore hypothecam constituit , & Creditoris Conventio , quod vel universa debitoris Substantia , vel pars illius , vel una , aut plures Res singulares , nexus pignoris creditori debeant esse devinctæ seu obligatae . Mevius , ad *Jus Lub.* p. 3. tit. 4. art. 1. num. 39. verbis : *Ubi consentit Creditor & Debitor* . Jac. Plebst. ad *Jus provinc. Würtemb.* *Diss. I. b. 166. ibi* : *In quo omnia bona debitoris*

toris hypothecæ subjecta. Quæ ipsa conventio quod non præcise apud Acta
 seu coram Senatu, aut ejusdem Deputatis, aut publico Notario initium
 sumere debeat; sed (insuper habitis, quæ in seqq. ff. sis de hujusmodi pignore
 a Magistratu tantum Confirmato dicturi sumus.) bene fieri possit, unde
 bitor extra Judicij locum, seu nondum adito Magistratu, vel Notario,
 cum suo creditore, de hoc, conveniat, in quibus rebus hypothe-
 cam apud Acta ei velit constituere nihil dubii nobis supererit. Hunc
 enim naturalem fere & communissimum negotii ordinem, præter quotidi-
 anam rerum omnium magistram, in puncto advertit & describit per illu-
 stris Dn. B. de Lyncker, cent. 15. D. 1477. in med. ubi ita: Das mehrere
 Zeheils auch diejenige hypothecen / welche man judicialicer confirmirun
 läßt/ einige Zeit vorher abgerebt zu werden pflegen / & B. Brun-
 nemannus, cent. 3. D. 49. in his verbis finalibus; Sed oportet præcedere
 oppignorationem a Debitorre factam. Addatur Schilterus, in praxi for-
 exerto ad π. 33. §. 7. ibi: Coram Judice, aut saltim Notario, interpositus
 aut repetitus consensus. Quod vero Utriusque, nempe tum Debitoris,
 etiam talem hypothecam constituentis, tum etiam Creditoris, in cujus
 gratiam & securitatem illa constituenda, Voluntas in hoc concurre-
 re debeat, tam illa generalia Juris nostri principia, quæ in L. 3. & L. 5.
 de O. & A. L. 1. de pact. aliisque hinc inde parallelis occurunt, quam
 illa specialiora Nostrorum dogmata de cuiuslibet H. constitutione, ex L. 4.
 ff. de pignor. aliisque similibus, ex rā dubium collocant. Conferat. B. Da-
 Lauterbach, in tract. synopt. de pignore s. hypothec. §. VI. num. 20. Co-
 jus primi Requisiti, Causam efficientem hujus pignoris publici constitu-
 entis, hæc indubitate & haud ultima sequela est, quod neque solitus
 Magistratus voluntas ad hujusmodi H. constitutionem sufficiat,
 seu ut solus Magistratus suo Cive vel Subdito non contentien-
 te, eam possit constituere: Brunem. dicta Dec. 49. num. 4. ibi: Ec-
 solus consensus Magistratus non constituit hypothecam, nec Magis-
 tratus eam constituere potest, non consentiente subdito; addens, Ita m.
 Majo, An. 1658. Danos Francovadanos pronunciisse: Neque etiam
 Solus Creditor, cum consensu quoque Judicis, regulariter illud effi-
 cere valeat, tametsi Debitor contumax sit: Hoc insuper habito, quod solus
 creditor ex capite contumacia, millionem in Bona ex primo decreto ya-
 tentissime

MS (15) 158

